Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sion delevit habitatores cethron et na
alon. sed habitavit chananeus in me
dio eius. factusque ei tributarius. A
ser quoque non delevit habitatores accho
et sydonis. alab et azazib. et alba
et afec et roab. habitavitque in medio
chananei habitatoris illius terre nec in
terfecit eum. Neptalim quoque non delevit
habitatores bethsames et betharam
et habitavit inter chananeum habita
torem terre. fueruntque ei bethsamite
et bethanete tributarii. Arctavitque
amoreus filios dan in monte nec
dedit eis locum ut ad planiora descen
derent. habitavitque in monte phares
quod interpretatur testaceo. in haialon
et salabim. et aggravata est manus
domus ioseph. factusque est ei tribu
tarius. Fuit autem terminus amorrei
ab ascensu scorpionis petra et superio
A scendit que | Capitulum II | ra loca.
angelus
domini de galgale ad locum
flentium et ait. eduxi vos de egyp
to. et introduxi in terram pro qua iu
ravi patribus vestris. et pollicitus
sum ut facerem irritum pactum
meum vobiscum in sempiternum
ita dumtaxat ut non feriretis fedus
cum habitatoribus terre huius et aras
eorum subverteretis et noluistis au
dire vocem meam. Cur hoc fecis
tis. quam ob rem nolui delere eos
a facie vestra ut habeatis hostes et
dii eorum sint vobis in ruinam in
terminam. Cumque loqueretur angelus
omnia verba hec ad omnes filios i
srahel elevaverunt vocem suam et
fleverunt. Et vocatum est nomen
illius loci flentium sive lacrimarum

et immolaverunt ibi hostias domino
Dimisit ergo iosue populum et abierunt
filii Israel unusquisque in possessionem
suam ut obtinerent eam. Servierunt
que domino cunctis diebus eius et se
niorum qui longo post eum vixe
runt tempore et noverunt omnia o
pera magna domini que fecerat
cum Israel. Mortuus est autem iosue
filius nun famulus domini. centum
et decem annorum. et sepelierunt eum
in finibus possessionis sue in tham
nathsare in monte ephraim a sep
tentrionali plaga montis gaas. Omnisque
illa generatio congregata est ad patres
suos. Et surrexerunt alii qui non no
verant dominum et opera que fecerat
cum Israel. Feceruntque filii Israel malum
in conspectu domini. et servierunt baa
lim ac dimiserunt dominum deum patrum
suorum. qui eduxerat eos de terra e
gypti. et secuti sunt deos alienos deos
quoque populorum qui habitabant in cir
cuitu eorum. et adoraverunt eos et ad ira
cundiam concitaverunt dominum di
mittentes eum et servientes baal et
astharoth. Iratusque dominus deus
Israel tradidit eos in manus diripien
tium qui ceperunt eos et vendiderunt
hostibus qui habitant per gyrum. nec po
tuerunt resistere adversariis suis.
Sed quocumque pergere voluissent manus
domini erat super eos sicut locutus est
et iuravit eis. et vehementer afflic
ti sunt. Suscitavitque dominus iudi
ces qui liberarent eos de manu vasta
tium. sed nec illos audire voluerunt
fornicantes cum diis alienis et ado
rantes eos. cito deseruerunt viam per
quam ingressi fuerant patres eorum